Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Lectio actuum Apostolorum

Primum quidem sermone feci de omnibus theophile quæ cœpit ihs facere et docere usq; in diem qua præcipiens apis per spm sctm quos elegit assumptus est: cui bus et præbuit seipm vivum post passionem suam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei. Et cum conuescens: præcepit eis ab hierosolimis ne discederent: sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum. quia ioh̃es quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spu sancto non post multos hos dies. Igit qui conuenerant: interrogabant eum dicentes: dne. si in tempore hoc restituis regnum israhel. Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spus sanctum in vos: et eritis mihi testes in hierusalem et omni iudea et samaria: et usq; ad ultimum terræ. Et cum hæc dixisset: videntibus illis elevatus est. et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq; intuerent in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei: quid statis aspicientes in celum. Hic ihs qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum.

Secundum marcum

In illo tempore. Recumbentibus undecim discipulis: apparuit illis ihs. et exprobauit incredulitatem illorum et duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt: Et dixit eis. Euntes in mundum universum: predicate euangelium omni creature: Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eos nocebit. Super egros manus imponent et bene habebunt. Et dns quidem ihs postquam locutus est eis: assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbique: dno cooperante et sermone confirmante sequentibus signis. In Sabbato sancto pentecostes

Cum Apollo esset corinthi. Actus apl̃orum

et paulus peregratus superioribus partibus venisset ephesum et inuenisset quosdam discipulos: dixit ad eos. Si spm sctm accepistis credentes: At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spiritus sctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis. Qui dixerunt. In ioh̃is baptismate. Dixit autem paulus. Ioh̃es baptizauit baptisma penitentiæ populo: dicens in eum qui venturus est post ipm ut crederent. hoc est in ihm. Hijs auditis: baptizati sunt in nomine dni ihu. Et cum imposuisset illis manus paulus: venit sup eos spus sanctus. et loquebantur linguis et prophetabant. Erant autem omnes viri. fere duodecim. Introgressus autem synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses disputans et suadens de regno dei.

Secundum Iohannem

In illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Si diligitis me. mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum. spm veritatis quem mundus non potest accipere. quia non videt eum nec scit eum. vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos. Venio ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. vos autem videtis me: quia ego viuo et vos viuetis. In illa die vos cognoscetis. quia ego in patre meo et vos in me: et ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo. et ego diligam eum et manifestabo ei meipm. In die Sancto pentecostes. Actus apl̃orum

In diebus illis. Cum complerentur dies pentecostes: erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis: et replevit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite linguæ tanquam ignis: seditq; supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spu sancto: et cœperunt loqui varijs linguis prout spus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Factum autem hac voce concilio multitudo: et mente confusa est. quia audiebat unusquisq; lingua sua illos loquentes: Stupebant autem omnes: et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt. Et quomodo nos audiuimus unusquisq; lingua nostra in qua nati sumus. Parthi et medi: et elamite et qui habitant in mesopotamia. Iudeam et cappadociam. Pontum et asiam. Frigiam et pamphiliam. egyptum et partes lybie. que est circa cyrenen. et aduene romani iudei quoq; et proselyti. cretes et arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

Secundum Iohannem

In illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus et mansionem apud eum